



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXXXVII. Super flumina Babylonis, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Nam bonitas Domini nescit habere modum.
Iussit & Isacida colere hac in secula nepotes,
Nam bonitas Domini nescit habere modum.
Qui miseris nobis toties fuit auxiliator,
Nam bonitas Domini nescit habere modum.
Oppressos toties qui nos defendit ab hoste,
Nam bonitas Domini nescit habere modum.
Qui largis dapibus saturat viuentia cuncta,
Nam bonitas Domini nescit habere modum.
Laudibus eximiis summum celebrate Iehouam,
Gratia nam Domini nescit habere modum.

PSALMVS CXXXVII.

Super flumina Babylonis, &c.

CVm desleremus capti Babylonis ad amnes,
Sortem Sionis flebilem.
Arboribus cithara suspensa, ac nacula tacebant,
Tunc muta prorsus Musica.
Sed qui nos tristi oppressos tum carcere mæstos
Tenebat hostis improbus:

Mm 2

Car-

*Carmina is à nobis fuit ausus poscere festa,
Et de Sione canticum.*
*At Domini latos peregrinus psallere terris
Hymnos pie num possumus?*
*Imò si Solyma me obliuio ceperit urbis,
Non utar hac dextra mea.*
*Hareat ante meo mihi lingua affixa palato,
Et conticescat vox mea.*
Quàm Solyma incipiā quamq; immemor esse Sio-
Nec his precer fausta omnia. (nis,
Esto memor, Deus ô, vocis suissimæ Edumes,
Periura quæ se prodidit:
Clamans: subruite hanc Solymen radicitus, urbs
Debet perire funditus. (hac
Illæ dies veniet: Babylon quâ tu quoq; pœnas
Vastata vindici dabis.
Felicem vltorem, pueros qui matribus ipsis
Raptos petris illiserit.

PSALMVS CXXXVIII.
Confitebor tibi Domine, in toto &c.

Te